II/133 129–132

Salue in Christo. Supernacaneum foret, nisi clarissimis multa super hisce, quæ hîc geruntur, literis commendare; quin Christianus, qui eas reddet, multo fidelius et uberius aut omnia referre possit. Quoniam nihil tibi gratius nunciari potest, quam si regnum Christi nostri proferat sua pomœria, et Antichristi tyrannis debilitentur, paucis hæc perstringemus, qui non ingrata fore confidimus. Vlma igitur, quæ nos accessit, sat multa specimina exhibet, sese nec ficto, nec vulgari animo ad Christum accessisse. Nam, quod iam palam est, neglecto impurorio edicto; Missa et idolorum abominationes è templis eiecit, meditatur aut, ut ex barbarie dein emendet, et lectiones, tum in sacris literis, tum in linguis instituat, nostrarumq; Helueticarum ecclesiarum sinceriorem, cum ceremoniarum, tum censurarum imitetur.

Quo exemplo speramus etiam alias Sueuicas ciuitates posse tandem extimulari, vt Christo gloriam suam, quam obscurant sophistæ impij, asserant. Scribitur nunc apologia cū constitutionum quibus absolutis, et à senatu approbatis, domum nos dimittendos rogabimus. Vale felix. Vlmæ die Iunij XXIIII

1531

Viri Bloreeus
Bucerus
Rotapadius
Comius.

Blarerus
Decoda[illegible] padius.
Bucerus et
Somius. ad
Vadiam[illegible]

Carissimo suo
Tarbino Vadiano
consuli Santogallen
suo obseruandiss patrono
ar domino.

34